daß er immer am Wein kranck ligt, ein kurtzen Athem hat, und mit
dem dergleichen höchstgefährlichen Zufählen behafftet ist: und wie er nit
die Kräfft hat sein [illegible]-dienst zu verrichten, kan Ew. Excellentz leichtlich ab-
nemen, daß wir uns seiner Underweisung nit mehr vertrösten können.
Auf seiten deß Sohns erzeigen sich vil beschwerden, als welcher selbst, da wirs
hörten, gesagt er seye nit tüchtig gnug in Mathematischen Künsten, welches da
es wahr seye, haben wir von andern erfahren. Darzu kompt, daß diser bißher
unser gewesner Informator, nemlich der Sohn, uns ferner Underweisung zu
abzeschlagen, mit vilen grausamen und erschröcklichen schwüren, als, auf
mein Seel, der Teüfel verzehr mich, selbes bekräfftiget und bestetiget,
umb diser einigen Ursach willen, daß der Hr. Cammerer einmahl, und
drümahl in einer lection ihn vieler fehlern und widerwertiger meinung
angeklagt und beschuldiget haben, dann ich bezeüge höchlich, daß er vier [illegible]
betreffend deß Himmels Lauff, geschossen, welche wir mit Zeilen, auß andern
Authoribus hergenommen, zu schanden zu richten nicht nachgelassen, und hetten lieber
alles leyden wöllen, als hierinn nit standhafft verbleiben. Die Privat-Under-
weisung ist auch schon drey wochen stillgestanden, welches ich deß fehls nit
verschweigen wöllen, damit nit, wann an ein [illegible] möcht, und das
stillschweigen [illegible] und verweisen werde. Deßwegen wirt Ewer
Excellentz disem Übel bey zeiten wehren können. Über alle massen glück-
selig schätzt sich unser Landtmann, der ein Jüngling von grosser hoffnung,
nemlich Hr. Cunrad Locher, welcher glücklich und wol bey unserm alten
Tischherren Werenfels die Mathematische Künst mit grossem nutzen studiert
und von seiner gelehrten und treuen Underweisung höchstlich begehrt und
wünschet. Aber wir müssen [illegible] willen [illegible] geleben, und nach demselbigen
wöllen wir uns verhalten, welches uns die Gottsforcht und die Religion
~~rathet~~, oder das gewüssen rathet.

Daß Hr. Schirmers Sach, welche ich sampt dem Hr. Cammerer wider die
Anklag unserer Tischfrauen und ihres Sohns verthädiget hab, wirt Ewer
Excellentz auß deß Hr. Hubers schreiben, welches ich an ihn abgehn lassen, auß
Hr. Lochers Schreiben an Hr. Rectorem, auß Hr. Cammerers Schreiben an Hr.
Decanum, ja auß deß Hr. M. [illegible] schreiben selbst, als den wir rechts ge-
fraget, und meines Vatters, vernemen, dahin ich dann Ewer Excellentz [illegible]
ich Ihr nit weiters beschwerlich seye, wie gewisen haben.

Hab also Ew. Excell. die Ursach eröffnet, welche sich Ihr als meinem Rich-
ter übergibt: und hab solches geschriben mit höchster freyheit, wie dann mein
ingenium und meine studia, von welchen alle heücheley fehr seyn muß, erfordert.
Hiemit befehle ich mich in Ew. Excell. ferner gunsten, als

E. Ex.
Underthänigster
Henricus [illegible]. Philos. Stud.

In Basel d. 4. Jenner. 1661.

140

Ad Dn. Suicerum A°. 1661. 21. 8br.

Jandem bona causa triumphat.

S. Pl. Vir admodum Rev. Cl. Doctissime, Frater Christo in Domino conjunctissime.
Praeterito die Jovis, qui fuit 17. currentis Octobris, postridie Galli, horâ septimâ matu-
tinâ, Ampliss. nr Senatus jussu Consulis convenit, ob Tractatum Bartholomaei Anhornij
Pastoris nunc Episcopicellani virulentissimum, quem inscripsit Ideam Mundi sive Welt-
Biltnuss. Reo citato, re maturo consilio probè probeq prius expensa et ultro citroq venti-
lata, propositae fuere quaestiones tres.

I^a. Quâ de causa ipse Tractatum istum inscio Amplissimo Magistratu in publicam
extrudere lucem animo constituerit suo, cùm non fuerit id nescius, nulli civium integrum
esse quicquam typis vulgare Amplissimo Magistratu ejusq Censoribus inscijs vel invitis:

II^a. Quibus rationibus inductus, in Tractatu illo suo verbis asperrimis et dicterijs in-
solentissimis perstringat Viros de Ecclesia Dei optimè meritos, imprimis Reverendos Ecclesiae
Sangallensis Ministros in genere, et quosdam ex choro illorum sacratissimo quoq in spe-
cie?

III^a. Qua fronte non secum attulerit, Amplissimoq Magistratui exhibuerit singu-
la sua scripta de hac materia reliqua, et imprimis Tabellam illam aeneam, cui incisae
sint imagines illae spurcissimae, quarum toto Tractatu fiat mentio, quarumq exemplum excu-
sum Ampliss. Magistratus habeat ad manum, cùm tamen juramenti vinculo hoc ut prae-
staret, fuerit monitus atq constrictus?

Ad propositas has Quaestiones ternas homo insolens, pro more suo, respondit inso-
lentissimè.

Ad 1.^am negando unquam compertum se habuisse, Cives Sangallenses certis astrictos esse
legibus, ne quicquam inscio vel invito Amplissimo Magistratu ejusq Censoribus, publici facerent juris,
et si quid ejusmodi lege cautum esset, lege illa, suo judicio teneri non nisi illos Reipubl. Sangallensis
Cives qui Sangalli subsistant, et certo aliquo munere Amplissimi Magistratus nomine ibidem fungan-
tur, haud quaquam verò illos, qui extra pomoeria Reipubl. Sangallensis honores publicos gerant:
non nisi Tigurinorum Censurae hac in parte se subjectum [illegible] hoc tempore sibi persuasum fuisse.
Illi si quid reprehensione dignum in isto suo Tractatu deprehendissent, ipsorum fuisset, ipsum officij
monere et ab opere revocare: Francofurtenses Censores, quibus antehac hic ipse Tractatus fuerit ob-
latus, tutò et liberè typis illum describi posse judicasse.

Ad 2.^am protestando, Deumque omnis carnis Judicem religiosè invocando, quod nunquam sibi in
mentem venerit, imò quod ne per somnium quidem cogitârit, hocce suo scripto laedere vel offendere
Reverendos Ecclesiae Sangallensis Ministros, nedum Amplissimum Magistratum qui patrocinium
illorum in se meritò suscipiat; scripsisse se Ideam Mundi, haud quaquam Ideam Ministerij
Sangallensis, quod semper in oculis tulerat et adhuc dum ferat.

Ad 3.^am partim negando quidquam scripti de hac Materia sibi esse reliquum, exceptis pau-
cissimis schedis, confationem ad Hassiae Landgrafium continentibus, quas apud Amplissimum Ma-
gistratum depositurus sit; partim Amplissimum Magistratum impudentissimo ore Tigurum re-
legando, ut unde extorserit suum tractatum, inde quoq si velit extat Tabellam suam aeneam.

His ita transactis, Amplissimus nr Magistratus, qui litem ab Anhornio Rev. nostro
Ministerio intensam jam antea fecerat suam, designatas chartarum Anhornij dentatarum
Censores, Rev. nempe Dn. Decanum Jacobum Hoffmannum, Rev. item Dn. Camerarium,
Christophorum Mittelholzerum, et me πάντων τῶν ἁγίων ἐλαχιστότερον, è vestigio accer-
sendos curavit, Anhorniumq ut Apologiam suam, nobis absentibus, ore solutissimo prolatam
totidem verbis repeteret nobis praesentibus, severissimis adegit verbis; nobis verò ut intra limites,

Censorum ab Amplissimo nostro Magistratu designatorum nos contineremus judiciumque no-
strum de scripto illo Anhornii, eiusque super eo illo Apologia absq ullo partium studio sine a-
more, et sine odio liberè aperiremus, seriò injunxit. Respexit ergo in conspectu consessuq. nostro A-
pologeticum suum bellus homo, at (quod ab Amplissimo Consule publice illi fuit exprobratum)
minus Thrasonico minusq. fervido genere dicendi quam fecerat antea. Nos verò hominis inso-
lentiâ minimè commoti, protractis excerptis ex scripto ejus famosissimo quo tuo prius aetas vix
ullum vidit hominem in arte negandi mentiendi tergiversandi maledicendi debacchandi versatissi-
mum, in rem praesentem ita duximus catenisq veritatis ita constrinximus, ut conscientiae metu atque
tremore adactus necesse habuerit fateri plurima sua tela venenata in scripto illo suo virulento,
cum in alios Ecclesiae Jesu Christi Ministros in genere tum in Reverendos Eccl. Sangallensis
Ministros in specie fuisse vibrata atque explosa. Cum velut sorex, post conflictum quatuor
ferè horarum accerrimum, hoc pacto suo se prodidit strepitu nulla elabendi rimula reperta quam-
vis anxiè quaesita, nos unà cum Rev. e Senatu discessimus expectaturi erecto quod ajunt capite, u-
ltimatum ejus super tota nostra velitatione judicium. Nobis ita demissis senatores cunctis omnibus ut
par est strictim ad libellam veritatis prius examinatis, rogati sententiam hanc tulerunt nobisq.
revocatis aperuerunt definitivam.

1°. Non uno modo in toto hoc negotio ab Anhornio cum contra Amplissimum Magistratum,
tum contra Reverendum Eccl. Sangallensis Ministerium fuisse peccatum, ideoq. Amplis. Magi-
stratum conjunctis sententiis fortiter decrevisse atq statuisse ut praedictus Anhornius ante omnia
cum Amplissimum Magistratum tum etiam cunctos Rev. Eccl. Sangallensis Ministros, eorumq.
nomine nos tres, ex ordine illorum constitutos Censores reliquos hâc quidem in parte repraesentantes,
suppliciter et demissè roget atq obsecret, ut sibi Authori scripti illius Invectivi et infamis crimen
contra jus fasq. admissum ignoscere atq condonare velint: solutoque ante ora hoc judicato se-
ius decretum denuo ipsi pluribus verbis apertum iri. Quid vero Anhornius nec ad telum hoc in-
opinatum minimeq. praevisum? Amplissimo Magistratui quidem animo fracto atq humili supp-
lices tendit manus, protestatus tamen nunq. intentionem suam fuisse in toto hoc negotio Amplis-
simum Magistratum vel verbo laedere. Ad Ministerium vero ubi fuit deventum vidisses miros et
tortuosos hominis saltus quibus rescindere labefactare atq irritam facere rem judicatam conatus
fuit insolens homo: credidisses te potius eliciturum ex pumice aquam quam Rev. nostrum Mini-
sterium deprecationem abs isthoc homine. Deprecationis loco novas querelas movet de variis
injuriis sibi illatis devoratu difficillimis. Cum v. hominem vehementer urgeremus ut eos quos nos
faceret hujus culpae denominaret et in specie omni contentione an novum hoc accusationis telum
in nos conjiceret ex eo scire cuperemus subito invertit stylum et in alios isthanc cudi fabam pa-
ram fuit testatus. Id animadvertens Amplis. noster Magistratus interposita authoritate sua
hominem refractarium verbis severissimis eo adegit, ut omnibus morae repagulis perruptis eo
quod jam decem horarum spatium adeoq. totus ferè dies ejus de causa ad nauseam atq fastidium
usq. esset consumptus categorica deprecatione erga nos reliquosq. Eccl. nostrae Ministros uteretur
aut si hoc facere detrectaret ut ab Amplissimi Senatus facie denuo discederet et novum ejus pro-
nunciatum expectaret. Ita utrinq constrictus homo lupum se quod ajunt auribus tenere videns,
ex duobis malis, quod illi visum fuit minus prudenter elegit ad nutum et voluntatem Amplis.

Magistratus supplicem quamvis aegro moestoq animo se nobis nostro et Collegarum
nomine praesentibus exhibendo delictiq veniam petendo.

2°. His ita peractis, Consul Amplis. senatus decretum atq judicium super facto illo
Anhorniano et infelici ejus matre ulterius exposuit hunc ferè in modum: non ignorare ipsum
Anhornium quot quantisq beneficiis nullo non tempore ab Ampl. Republ. Sangallensi e Ma-
gistratu fuerit mactatus atq ornatus, ejusq merito hortamento atq pro zelo illi esse debuissent cum
ad Magistratum, tum ad Rev. Ministerium Ecclesiasticum, Amplissimi Magistratus ve-
luti pupillam in oculis ferendum, summoq. cum honore tum amore prosequendum; tantum ve-
ro abesse ut hocce suo officio fuerit defunctus ut eo processerit insolentiae, ut non fuerit ve-
recundatus, Hambergero Typographo Tigurino Tractatum contra jus fasq. Reipubl. nostrae
(quod obscurum illi esse haud potuerit, imò per Venerandum Socerum ea de re jussu et man-
dato publico admonitum illi haud dubiè significatum fuerit) typis describendum permittere
qui ab Amplis°. Senatu haud alio quam spurcissimi Pasquilli sive libelli famosi
nomine insigniri possit in quo Viri de Eccl. ecc. bene inde optime meriti
atq imprimis Eccl. suae Ministri iniquissimè traducantur adeò ut si famosus iste libellus
publici factus fuisset juris inde illius malorum extra omnem dubitationis aleam fuisset sub
secuta, cum Sangalli tum alibi, imprimis etiam in Palatinatu. Ea de causa praedictum
ipsius Pasquillum à cuncto senatu dignum judicari qui publicè flammis comburatur, Authorem
vero ejus dignissimum pronunciari atq declarari cui jus Civitatis adimatur: nolle tamen
hac quidem adhuc vice Amplis. Magistratum stricto adversus illum procedere jure
debitoq. hoc supplicio cum ipsum cum ipsius foetum multare, ob merita Venerandi ipsius
Soceri Amplissimi nempe Consulis D. Hilleri, viri septuagenarii quae in Rempubl. Sangal-
lensem extent plurima, ideoq. sententiam suam in honorem et favorem praedicti ipsius
Soceri de Rep. Sangallensi optime meriti ità mitigasse atq temperasse ut Autor Libelli hujus
famosi aculeatis moneatur verbis, ut posthac a chartis id genus dentatis se abstineat, eoq.
cane, quod ajunt, et angue pejus fugiat, nec quicq. sive tecto sive aperto nomine sive directè
sive indirectè et oblique, typis imprimendum curare animo praesumat, inscio et invito Amplissimo
Magistratu eiqq. Censoribus designatis et designandis: in libellum vero ipsius famosum hanc latam
esse sententiam definitivam, ut in perpetuis ille asservetur tenebris quippe hujus lucis usura indignissi-
mus.

3°. Praeterea graviter et severè illi fuit exprobratum quod nos authoritate publica suffultos atq
subnixos Censores legitimos mandato munere probè defunctos pro talibus agnoscere recusârit, saepius-
cule tanq. Adversarios partium studio addictos, accusarit eoq. nomine durioribus verbis exceperit, ma-
leque tractârit; item quod jurejurando adactus, infamatoriam illam tabellam aeneam non secum asporta-
rit, nec reliqua sua de hac materia scripta atq Icones apud Magistratum rite deposuerit admissamq
noxiam putida Apologia palliare conatus sit. Quam ob causam seriò illi fuit inculcatum ut neg-
lectum hac in parte officium proximè religiosius compensare studeat.

4°. Tandem vitio quoq. illi fuit versum, quod Censores inclytae Reip. Tigurinae neglecti officii ac-
cusare non erubuerit, et pluribus illi expositum fuit qualiter Amplis. noster Magistratus sanctum
ipsorum propositum ipsum pro meritis excipiendi et depellendi anteverterit.

Hæc Tragœdia Anborniana ab hora septima matutina usq; ad quintam vespertinam ad fuit Catastrophe sepulta ista cum ἐπιφωνήματι, ut posthac quietus sit, alienæ famæ præco non pro do sit, et secum habitare discat, nisi denuo præsentissimo vitæ et famæ periculo se exponere velit. His dictis atq; auditis, senatus fuit solutus, et Anhornius demissis auriculis ad suos dimissus. Faxit Deus, ut Piscator totus jam ictus, tandem sapere, messe tenus propria vivere discat; si minus, quod intriverit exedendum ipsi erit, et colo quod aptaverit nendum. Sed manum tandem tabula, ne Iliade prolixior excrescat epistola. Quod superest, Vir admodum Rev. agnoscit cum Amplissimus noster Magistratus, tum Rev. nostrum Ministerium immortales Tibi deberi gratias, quod nos de proposito isthoc Anborniano nequissimo et vaferrimo mature erudire volueris, Teq; persuasissimum hoc habere jubet, nullam occasionem prætermissum iri de Te, Rev. Vir, Tuisq; Symmystis Venerandis, vicissim bene merendi, publiceq; significandi, quantopere isthunc tuum candorem nobisq; gratificandi προθυμίαν sinceram exosculetur atq; veneretur. Quæ vero Cl. et Doctissime Dn̄e Professor, hactenus ad Te de toto isthoc negotio Anborniano perscripta sunt, silentij syparo prorsus tecta volumus, nec incautius in vulgum spargi expetimus. Illud vitandum, ne causa nos cecidisse videamur et castissima Veritas in iniquitate detineatur, publico cum scandalo Ecclesiæ cum vestræ, tum nostræ, ad quam notitia hujus rei jam ante pervenit. Hoc vero declinandum, ne vindictæ cupidi in isthoc mustaceo laureolam quærere, vel etiam tetro ἐπιχαιρεκακίας vitio laborare videamur. Communicabis ergo Rev. Vir, pro prudentia tua singulari, negotium istam maximi momenti cum amicis non nisi confidentioribus, quorum hæc talia scire permagni intersit, ut sanctissimæ Veritati, nec non incorruptis illius assertoribus suus illibatus maneat honos. Si promiscue sermonibus divulgaretur, isthæc ad Rev. Tuam perscripta Actio forensis, procul dubio Autor illius qui causa cecidit, de novo Tyria quitaret maria, hoc nomine, quod controversiam jam autoritate publica transactam, per posticum revocaremus, ad creandum ipsi odium, periculum et varias ærumnas, quæ mens nostra nunq; fuit, nec est, nec erit. Nihil aliud hic quærimus, quam ut Vobis, Fratribus in Christo Dn̄o conjunctissimis Reverendi nostri Ministerij in causa Anborniana, Innocentia, quæ pluribus hactenus ob varios disseminatos rumores sinistros suspecta fuit, plene et plane constet. In hoc punctum totius epistolæ nostræ vota collecta volumus. Lernam malorum à Zinggio vestro olim nostrum in oppidum congestorum atq; licentiosissime effusorum exhibebunt Vobis documenta, publico nomine hac ipsa occasione per Nuntium vestrum ordinarium Vobis transmittenda. Veneror Deum ut hæc et alia ad sui nominis et numinis gloriam dirigat, Teq; Virum Rev. cum Venerandis Collegis quam diutissime vivum ac sospitem servet. Scripsi meo et Reverendorum qui Actui interfuerunt Collegarum nomine, Sangalli 22 Octobris Ao 1662.

Rev. Tuæ Dignitati omni honoris cultu

addictissimus

NN.

Noie

Sermi Fürst Friderici
zu Anhaltz. Fl. Ehe.
Cantzler: und Rath der
Statt St: Gallen:
de dato Harzgerode d. 26.
Jan: Anno 1663:

PP.

Unß ist unterthänig vorgetragen, daß die Herren, ihren Stadt= und Bürgers Sohn, unsers Hof Medici Johann Jacob Zörlins, an Unß gelangen laßen, und wie dieselbe denselben in des Vaterlandes diensten zugebrauchen begehren, auch albereit zu solchem ende Ihme eine vocation eingefertiget worden: Nun werden die Herren aus unserm hiebevorigen an dieselbe hierwegen abgelaßenen schreiben, zur gnüge verspüret haben, daß Wir mit seiner Unß nunmehr in 8 Jahr lang geleisteten aufwartung gar wohl friedlich und vergnügt seind, und deßen aufhelfung und fernere beforderung in sonderbarer Consideration beständig vor Unß haben, auch auf dasß conditionibus seine von Unß Ihme ertheilte bestallung bringe; Und ob wohl seine Liebe und treue Neutlichkeit gegen daß Vaterland so groß ist, daß er auch nichts anders, alß allein aufgehörige bezeigung seiner gebür gegen dasselbe sein hauptsächliches absehen gerichtet; So tragen Wir doch daß feste vertrauen, es werden die Herren nicht weniger dahin bedacht sein, daß Ihme unserm Hof Medico, zu seinem nunmehr bey Unß florirenden aufnehmen, dergestalt begegnet, und er mit solcher Verwaltung angesehen werde, dadurch er anlaß gewinne, bei dieser unterlaßung seiner hiesigen vocation, sich der Herren, und des Vaterlandes gütigkeit zu rühmen und zu erfreuen, Welches Unß auch nicht weniger zu sonderbarem gefallen und vergnügen bey seiner, unseres Hof Medici, versicherten treuen affection, und geleisteten willigen dienstfertigkeit mitgereichen wird; Und wie des angetragenen dienstes halber zu der Herren selbst eigenem vernünfftigen Urtheil gestellet sein laßen; Wir bekennen gerne daß